Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

incendio. et de tuis potest manibus liberare. Quod si noluerit. Sulchre ad id quod
dixerat potest eripere nos. non inuitis extraneis si non potuerit. s. si noluerit. ut non in
possibilitatis dei s. uoluntatis sit si perierint. Notum sit rex. quia deos tuos non colimus.
et statuam auream quam erexisti non adoramus. Siue statuam ut symmachus. siue ima
ginem auream ut ceteri transtulerunt si uoluerimus legere. cultores dei eam adorare
non debent. Ergo iudices et principes seculi. quia imperatorum statuas adorant et imagines.
hoc se facere intelligant. quod tres pueri facere nolentes. placuerunt domino. Et notanda
proprietas. Deos coli. imagines adorari dicunt. quod utrumque seruis dei non conuenit.
Tunc nabuchodonosor repletus est furore. et asspectus faciei illius commutatus est. In quibus da
psalmis tituli prenotantur. phis quia commutabuntur. Sermo quoque commutationis ambi
guus est. et de bono in malum. et de malo in bonum. Hecque enim commutatio uultus nabu
chodonosor. bone parti potest coaptari. licet quidam et inscriptionem psalmorum
de bono ad malum referant. quod hi quia naturaliter debuerant intelligere dominum. extra
ordinem et sectos ei perturbatio [illegible] ne minus et furore mutati s. Et precepit ut succen
deretur fornax septuplum quam succendi esuetuerat. Quasi non possit simplex et solitus
ignis trium puerorum esumere corpora. s. furor et ira quia insanie prima est modum
tenere non potest. et uult eos multiplici penecominatione terrere. quos paratos
uidebat ad mortem. Et festinum uiri illi uincti cum bracis suis. et thyaris. et calci
amentis. et uestibus missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. quia bracis quos symmachus
ΑΝΑΖΥΡΙΔΑΣ interpretatur est aquila et theodotio saraballa dixerunt. et corrupte le
gitur sarabara. Lingua autem chaldeorum saraballa crura hominum uocantur et tybie
et ΟΜΩΝΙΜΟΣ ea bracee eorum. quibus crura tegunt et tybie. quasi cruales et tybia
les appellantur s. Thyara autem uerbum grecum est et usu uersum in latinum. de quo et uir quidam
sceptrum quoque sacerque thyaras. Est autem genus pilleoli. quo psarum chaldeorumque gens utitur.
Porro uiros illos quos miserant sydrach mysach et abdenago. interfecit flamma ignis.
Illos uiros de quibus superius dixerat. et uiris fortissimis de exercitu suo iussit ut ligatis
pedibus sydrach mysach et abdenago. mitterent eos in fornacem ignis ardentem.
Non quia fortuito quisque ministros prudidit nabuchodonosor. s. uiros fortes de
toto exercitu. et ad bella promptissimos. ut non solum miraculo permiscerent. s.
et exercitus sui damna sentirent. Viri autem hi. id est tres. sydrach. mysach. et abdenago.
ceciderunt in medio camini ignis ardentis colligati. grande miraculum. ligatum
mittunt in fornacem. et cadunt in medium ignis precipites. ardent uincula quibus
ligati s. et uinctorum corpora timens flama non tangit. Huc usque hebrei legunt.
media quoque secunt usque ad finem cantici trium puerorum. in hebraico non habentur.
De quibus ne omnino preterisse uideamur. pauca dicenda s. Benedictus es domine deus pa
trum nostrorum. et laudabilis. et gloriosum nomen tuum in secula. quia iustus es in omnibus quae fecisti
in nobis. et uniuersa opera tua uera. et uie tue recte. et omnia iudicia tua ueri

tas.